

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie: et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris: et ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.

Ave María, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus: descéndit ad íferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiόnem, vitam ætétnam. Amen.

FERIA QUINTA

IN CENA DOMINI


I classis

AD MATUTINUM

Altare præparatur cum cruce et sex candelabris accensis, sed absque solemnitate.

IN I NOCTURNO


Z *1 antiphona VIII c*




ELUS domus tu- æ * comé-dit me, et oppró-
bri- a exprobránti- um ti-bi ce-ci-dé-runt super me.

Psalmus 68


S



Alvum me fac, **De-** us : * quó-ni- am intra-vé-



runt aquæ usque ad *áni-man* **me-** am.



Flexa : tempésta aquæ, †

2. Infixus sum in limo **profúndi** : * et non *est substántia*.
3. Veni in altitúdinem **maris** : * et tempésta *demérsit* me.
4. Laborávi clamans, raucæ factæ sunt fauces **meæ** : * defecé-
runt óculi mei, dum spero in *Deum meum*.
5. Multiplicáti sunt super capillos cápitis **mei**, * qui odérunt
me gratis.
6. Confortáti sunt qui persecúti sunt me inimíci mei **iniúste** : *
quæ non rápui, tunc *exsolvébam*. —
7. Deus, tu scis insipiéntiam **meam** : * et delicta mea a te non
sunt abscondita.
8. Non erubéscant in me qui expéctant te, **Dómine**, * *Dómine*
virtútum.
9. Non confundántur **super me** * qui quærunt te, *Deus Israël*.
10. Quóniam propter te sustinui oppróbrium : * opéruit confúsió
fáciem meam.
11. Extráneus factus sum frátribus **meis**, * et peregrínus filiis
matris meæ.
12. Quóniam zelus domus **tuæ** comédit me : * et oppróbria
exprobrántium tibi, *cecidérunt super me*.
13. Et opéruí in ieiúnio **ánimam meam** : * et factum est in
oppróbrium **míhi**.
14. Et pósui vestiméntum meum cilíciú : * et factus sum illis
in *parábolam*.
15. Advérsus me loquebántur, qui sedébant in **porta** : * et in
me psallébant qui bibébant *vinum*. —

16. Ego vero orationem meam ad te, **Dómine** : * tempus benepláciti, **Deus**.

17. In multitudíne misericórdiæ tuæ exáudi me, * in veritate salútis tuæ :

18. Eripe me de luto, ut non infígar : * libera me ab iis, qui odérunt me, et de profúndis aquárum.

19. Non me demérgat tempéstat aquæ, † neque absórbeat me profúndum : * neque úrgeat super me púteus os suum.

20. Exáudi me, **Dómine**, quóniam benigna est misericórdia tua : * secúndum multitudínem miseratiónum tuárum *réspice in me*.

21. Et ne avértas fáciem tuam a púero tuo : * quóniam tríbulator, *velóciter exáudi me*.

22. Inténde ánimæ meæ, et libera eam : * propter inimícos meos *éripe me*.

23. Tu scis impopérium meum, et confusióne meam, * et reveréntiam meam.

24. In conspéctu tuo sunt omnes qui tríbulant me, * impopérium exspectávit cor meum, *et misériam*.

25. Et sustínui qui simul contristarétur, et non fuit : * et qui consolarétur, *et non invéni*.

26. Et dedérunt in escam meam fel : * et in siti mea potavérunt me acéto. —

27. Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum, * et in retributiónes, *et in scándalum*.

28. Obscuréntur óculi eórum ne vídeant : * et dorsum eórum *semper incúrva*.

29. Effúnde super eos iram tuam : * et furor iræ tuæ *comprehéndat eos*.

30. Fiat habitátio eórum *desérta* : * et in tabernáculis eórum non sit *qui inhábitet*.

31. Quóniam quem tu percussísti, persecúti sunt : * et super dolórem vúlnerum meórum *addidérunt*.

32. Appóne iniquitátem super iniquitátem eórum : * et non intrent in *iustítiam tuam*.

90 Feria quinta in Cena Domini

33. Deleántur de libro vivéntium : * et cum iustis *non scribántur*. —

34. Ego sum pauper et **dolens** : * salus tua, *Deus, suscepit me.*

35. Laudábo nomen Dei cum **cántico** : * et magnificábo *eum in laude* :

36. Et placébit Deo super vítulum novéllum : * córnua producéntem et **úngulas**.

37. Vídeant páuperes et **læténtur** : * quáerite Deum, et vivet *ánima vestra*.


38. Quóniam exaudivit páuperes **Dóminus** : * et vinctos suos *non despéxit*.

39. Laudent illum cæli et **terra**, * mare, et ómnia reptília *in eis*.


40. Quóniam Deus salvam fáciat **Sion** : * et ædificabúntur civitátes **Iuda**.

41. Et inhabitábunt **ibi**, * et hereditáte *acquírent eam*.

42. Et semen servórum eius possidébit *eam*, * et qui díligunt nomen eius *habitábunt in ea*.




Ze-lus domus tu-æ comé-dit me, et oppróbri-a




exprobránti-um ti-bi ce-ci-dé-runt super me.

2 ant.
VIII c



A


-vertántur retrórsus, * et e-ru-bé-scant, qui có-



gi-tant mi- hi ma-la.

Psalmus 69

D



E-us, in adiu-tó-ri- um me- um intén- de : * Dómi-

ne, ad adiuvándum *me festi*-na.

2. Confundántur et revereántur, * qui quærent *ánimam meam*.


3. Avertántur retrórsur, et erubéscant, * qui volunt *mihi mala*.

4. Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi : *Euge, euge*.

5. Exsúltent et læténtur in te omnes qui **quæ**rent te, * et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt *salutare tuum*.

6. Ego vero egénus, et **pauper** sum : * Deus, *ádiuva* me.


7. Adiútor meus, et liberátor meus **es** tu : * Dómine, *ne moréris*.

Anti-
phona

Avertántur retrórsur, et e-ru-bé-scant, qui có-



gi-tant mi- hi ma- la.

3 ant.
VIII c

D


E- us me- us, * é-ri-pe me de manu pecca-tó-ris.

Psalmus 70




I

N te, Dómi-ne, spe-rá-vi, non confúndar in ætér-



num : * in iustí-ti- a tu- a lí-be-ra me, et é-ri-pe me.



Flexa : de-re-líquit e-um, † √. 2. tu-am, * et salva me.

2. Inclína ad me aurem tuam, * et salva me.

3. Esto mihi in Deum protectórem, et in locum munítum : * ut salvum me fácias,

4. Quóniam firmaméntum meum, * et refúgium meum es tu.

5. Deus meus, éripe me de manu peccatóris, * et de manu contra legem agéntis et infíqui :

6. Quóniam tu es patiéntia mea, Dómine : * Dómine, spes mea a iuventúte mea.

7. In te confirmátus sum ex útero : * de ventre matris meæ tu es protéctor meus.

8. In te cantátio mea semper : † tamquam prodígium factus sum multis : * et tu adiútor fortis.

9. Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam : * tota die magnitúdinem tuam. —

10. Ne proicias me in témpore senectútis : * cum defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

11. Quia dixerunt inimíci mei mihi : * et qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum,

12. Dicéntes : Deus derelíquit eum, † persequímini, et comprehéndite eum : * quia non est qui erípiat.

13. Deus, ne elongéris a me : * Deus meus, in auxiliū *meum* respice.

14. Confundántur, et deficiant detrahéntes ánimæ *meæ* : * operiántur confusióne et pudóre, qui quærent *mala mihi*.

15. Ego autem semper sperábo : * et adiciam super omnem *laudem tuam*.

16. Os meum annuntiábit iustítiam *tuam* : * tota die salutáre *tuum*.

17. Quóniam non cognóvi litteratúram, introibo in poténtias Dómini : * Dómine, memorábor iustítiae *tuæ solius*. —

18. Deus, docuísti me a iuventúte *mea* : * et usque nunc pronuntiábo *mirabilia tua*.

19. Et usque in senéctam et *sénium* : * Deus, ne *derelin-* quas me.

20. Donec annúntiem bráchium *tuum* * generatióni omni, *quæ ventúra* est :

21. Poténtiam tuam et iustítiam tuam, Deus, usque in altísima, quæ fecisti *magnália* : * Deus, quis *símilis tibi*?


22. Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas et malas : † et convérsus vivificásti me : * et de abýssis terræ iterum *re-* dúxísti me :

23. Multiplicásti magnificéntiam *tuam* : * et convérsus conso- látus es me.


24. Nam et ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem *tuam* : * Deus, psallam tibi in cíthara, *Sanctus Israël*.

25. Exsultábunt lábia mea cum cantávero *tibi* : * et ánimá mea, quam *redemísti*.

26. Sed et lingua mea tota die meditábitur iustítiam *tuam* : * cum confúsi et revériti fúerint, qui quærent *mala mihi*.



De- us me- us, é-ri-pe me de manu pecca-tó-ris.



∇. Avertántur retrórsum, et e-rubéscant.




℞. Qui cógi-tant mi-hi ma- la.

Vel iuxta recentioreni usum :



∇. Avertántur retrórsum, et e-rubéscant.




℞. Qui cógi-tant mi-hi ma-la.

Hoc triduo, post versiculos nocturnorum, dicitur secreto Pater noster, nec pronuntiatur Et ne nos, nec dicitur absolutio, neque dantur benedictiones ante lectiones. In fine lectionum non dicitur Tu autem. sed primæ tres lectiones Ieremiæ terminantur ut infra.

Lectio prima

Cap. 1, 1-14


I




N-ci-pit lamentá-ti-o Ie-remí-æ prophé-tæ.




A-leph. Quómo-do sedet so-la cí-vi-tas plena pópu-lo :



facta est qua-si vídu-a dó-mi-na génti-um : princeps pro-




vinci- árum facta est sub tri-bú- to. Beth. Plo-rans plo-



rávit in nocte, et lácri-mæ e-ius in ma-xíl-lis e-ius : non



est qui conso-lé-tur e-am ex ómni-bus ca-ris e- ius :



omnes amí-ci e-ius spre-vé-runt e-am, et facti sunt e- i




in-imí- ci. Ghimel. Migrávit Iudas propter afflicti- ó-




nem, et multi-tú-di-nem servi-tú-tis : ha-bi- távit inter gen-




tes, nec invé-nit réqui- em : omnes perse-cu-tó-res e-ius




appre-hendérunt e-am inter angústi- as. Da-leth. Vi-æ




Si- on lugent e- o quod non sint qui vé-ni- ant ad sol- emni-



tá- tem : omnes portæ e-ius destrúctæ : sa-cerdó-tes e-ius




geméntes : vírgi-nes e-ius squá- lidæ, et ipsa opprésa




ama-ri-túdi- ne. He. Facti sunt hostes e-ius in cá-




pi- te, in-imí-ci e- ius lo- cuple- tá- ti sunt : qui- a Dóminus




lo- cútus est super e- am propter multi- tú- dinem in- iqui- tá-



tum e- ius : párvu- li e- ius ducti sunt in ca- pti- vi- tá- tem,



ante fá- ci- em tri- bu- lántis. Ie- rú- sa- lem, Ie- rú- sa- lem,



convérte- re ad Dómi- num De- um tu- um.

Sic terminantur lectiones de Lamentationibus in hoc triduo.


Responsorium I

VIII

I




N mon- te * O- li- vé- ti o- rá- vit



ad Pa- trem : Pa- ter, si fí- e- ri pot- est,



tránse- at a me ca- lix i- ste : * Spí- ri- tus qui-



dem promptus est, ca- ro autem in- fír- ma.




V. Vi- gi- lá- te, et o- rá- te, ut non intré- tis in




ten- ta- ti- ó- nem. * Spí- ri- tus.

Lectio secunda


V



AU. Et egréssus est a fi- li- a Si- on omnis




de- cor e- ius : facti sunt prínci- pes e- ius vel- ut a- rí- e- tes




non invé- ni- éntes páscu- a : et ab- i- é- runt absque forti-



túdi- ne ante fá- ci- em subsequén- tis. Za- in. Re- cor-




dá-ta est Ie-rú-sa-lem di-é-rum afflicti-ó-nis su-æ et præ-




va-ri-ca-ti-ónis, ómni-um de-side-ra-bí-li-um su-ó-rum,




quæ habú-e-rat a di-é-bus antí-quis, cum cá-de-ret pó-pu-lus




e-ius in manu hostí-li, et non esset auxi-li-á-tor : vi-




dé-runt e-am hostes, et de-ri-sé-runt sá-bba-ta e-ius.




Heth. Peccá-tum peccávit Ie-rú-sa-lem, proptér-e-a in-




stá-bi-lis facta est : omnes, qui glo-ri-fi-cábant e-am, spre-




vé-runt il-lam, qui-a vi-dé-runt igno-mí-ni-am e-ius : ipsa



autem gemens convérsa est retrór-sum. Teth. Sordes e-ius




in pé-dibus e-ius, nec re-cordá-ta est fi-nis su- i : de-pó-si-ta




est veheménter, non habens conso-la-tó-rem : vi-de, Dó-



mi-ne, afflicti- ónem me- am, quó-ni- am e-réctus est in-imí-



cus. Ie-rú-sa-lem, Ie-rú-sa-lem, convérte-re ad Dómi-num




De- um tu- um.


Responsorium II

VIII


T




Ristis est * á-ni-ma me- a us- que ad



mor- tem : su-sti-né-te hic, et vi-gi-lá-te me-




cum : nunc vi-dé-bi- tis turbam, quæ circúm-da-bit



me : * Vos fu- gam ca-pi- é- tis, et e- go va-


100 Feria quinta in Cena Domini



dam immo- lá- ri pro vo- bis. V. Ec-




ce appro- pínquat ho- ra, et Fí- li- us hómi- nis




tradé- tur in manus pec- ca- tó- rum. * Vos.

Lectio tertia

I OD. Manum su- am mi- sit ho- stis ad ómni- a



de- si- de- ra- bí- li- a e- ius : qui- a vi- dit gentes ingréd- sas san-



ctu- á- ri- um su- um, de quibus præ- cé- pe- ras ne intrá- rent in



ecclé- si- am tu- am. Caph. Omnis pópu- lus e- ius ge-



mens, et quæ- rens panem : dedé- runt pre- ti- ó- sa quæ- que pro




ci- bo ad re- fo- cil- lándam á- ni- mam. Vi- de, Dómi- ne, et con-




sí-de-ra, quó-ni-am facta sum vi-lis. Lamed. O vos
omnes, qui transí-tis per vi-am, atténdi-te, et vi-dé-te
si est do-lor sic-ut do-lor me-us : quó-ni-am vindemi-ávit
me, ut locú-tus est Dóminus in di-e iræ fu-ró-ris su-i.
Mem. De excélsó mi-sit ignem in óssibus me-is, et
e-ru-dí-vit me : expándit re-te pé-dibus me-is, convértit
me retrórsum : pó-su-it me de-so-lá-tam, to-ta di-e mæró-
re conféctam. Nun. Vi-gi-lávit iugum in-iqui-tá-tum
me-á-rum : in manu e-ius convo-lú-tæ sunt, et impó-si-tæ
collo me-o : infirmá-ta est virtus me-a : de-dit me Dómi-

102 Feria quinta in Cena Domini



nus in manu, de qua non pót-e-ro súrge-re. Ie-rú-sa-lem,



Ie-rú-sa-lem, convérte-re ad Dómi-num De-um tu-um.

Responsorium III

^v
E



Cce * ví-dimus e-um non habén-



tem spé-ci-em, ne-que de-có-rem : aspé-



ctus e-ius in e-o non est : hic



peccá-ta nostra portá-vit, et pro nobis do-



let : ipse au-tem vulne-rá-tus est propter



in-iqui-tá-tes no-stras : * Cu-ius lí-vó-re sa-



ná- ti su- mus. V. Ve-re languóres no-



stros ipse tu- lit, et do-ló-res nostros i- pse por-



tá- vit. * Cu-ius. R̄. Ecce.


IN II NOCTURNO

1 ant.
VII c
transp.

L



I-be-rá- vit Dómi-nus * páu- pe-rem a pot-én-te,



et ín-o-pem, cu- i non e- rat adiú- tor.

Psalmus 71

D



E- us, iu-dí- ci- um tu- um re- gi da : * et iustí-



ti- am tu- am fí- li- o re- gis : *Flexa* : Ará-bi- æ, †

2. Iudicáre pópulum tuum in iustítia, * et páuperes tuos in iudicio.

3. Suscípiant montes **pacem** pópulo : * et **colles** iustítiam.

4. Iudicábit páuperes pópuli, et salvos fáciat **filios páuperum** : * et humiliábit calumniatórem.

5. Et permanébit cum sole, et **ante lunam**, * in generatióne et generatióne.

6. Descéndet sicut plúvia in vellus : * et sicut stillicídia stílántia **super terram**.

7. Oriétur in diébus eius iustítia, et **abundántia pacis** : * donec auferátur luna.

8. Et dominábitur a mari **usque ad mare** : * et a flúmine usque ad términos **orbis terrárum**.

9. Coram illo prócident **Æthíopes** : * et inimíci eius **terram lingent**.

10. Reges Tharsis, et insulæ **múnera ófferent** : * reges Arabum et Saba **dona addúcent**.

11. Et adorábunt eum omnes **reges terræ** : * omnes gentes **sérvient ei** :

12. Quia liberábit páuperem a **poténte** : * et páuperem, cui non erat adiútor.

13. Parcet páuperi et **ínopi** : * et ánimas páuperum **salvas fáciat**.

14. Ex usúris et iniquitáte rédimet **ánimas eórum** : * et honorábile nomen eórum **coram illo**.

15. Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiæ, † et adorábunt de ipso **semper** : * tota die **benedícent ei**.

16. Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, † **superextollétur** super Líbanum **fructus eius** : * et florébunt de civitáte sicut **fenum terræ**.

17. Sit nomen eius **benedíctum** in **sæcula** : * ante solem **pérmanet nomen eius**.


18. Et **benedicéntur** in ipso omnes **tribus terræ** : * omnes gentes **magnificábunt eum**.

19. Benedíctus Dóminus, **Deus Israël**, * qui facit mirabília **solus**:


20. Et **benedíctum** nomen maiestátis eius in **ætérnum** : † et replébitur maiestáte eius **omnis terra** : * **fiat, fiat**.

Anti-
phona

Li-be-rá- vit Dómi-nus páu-pe-rem a pot-én-te.




et ín-o-pem, cu-í non e-rat adiú-tor.

2 ant.
VIII c

C

Ogi-ta-vé-runt ímpi-i, * et lo-cú-ti sunt nequí-




ti-am : in-iqui-tá-tem in excé-lso lo-cú-ti sunt.

Psalmus 72



Q

Uam bonus Isra-ël De-us, * his qui *recto sunt***cor-** de! *Flexa* : dexte-ram me-am : †2. Mei autem pene moti sunt **pedes** : * pene effúsi sunt *gressus* mei.3. Quia zelávi super **íniquos**, * pacem peccatórum **videns**.4. Quia non est respéctus morti **eórum** : * et firmaméntum in *plaga eórum*.5. In labóre hóminum **non** sunt, * et cum homínibus non **flagellabúntur** :6. Ideo ténuit eos **supérbia**, * opérti sunt iniquitáte et impietáte sua.

7. Pródiit quasi ex ádipe iníquitas eórum : * transiérunt in *afféctum cordis*.

8. Cogitavérunt, et locúti sunt nequítiam : * iniquitátem in excélsó locúti sunt.

9. Posuérunt in cælum os suum : * et lingua eórum transívit in terra.

10. Ideo convertétur pópulus meus hic : * et dies pleni inveniéntur in eis.

11. Et dixerunt : Quómodo scit Deus, * et si est sciéntia in excélsó?

12. Ecce ipsi peccatóres, et abundántes in sæculo, * obtinuérunt divítias.

13. Et dixi : Ergo sine causa iustificávi cor meum, * et lavi inter innocétes manus meas :

14. Et fui flagellátus tota die, * et castigátio mea in matutínis.

15. Si dicébam : Narrábo sic : * ecce natióem filiórum tuórum reprohávi.

16. Existimábam ut cognóscerem hoc, * labor est ante me :

17. Donec intrem in sanctuárium Dei : * et intélligam in novísimis eórum.

18. Verúmtamen propter dolos posuísti eis : * deiecísti eos dum allevaréntur.

19. Quómodo facti sunt in desolatióem, súbito defecérunt : * perierunt propter iniquitátem suam.

20. Velut sómnum surgéntium, Dómine, * in civitaté tua imáginem ipsórum ad nihilum rédiges.

21. Quia inflammátum est cor meum, et renes mei commutáti sunt : * et ego ad nihilum redáctus sum, et nescívi.

22. Ut iumentum factus sum apud te : * et ego semper tecum.

23. Tenuísti manum dexteram meam : † et in voluntáte tua deduxísti me, * et cum glória suscepísti me.

24. Quid enim mihi est in cælo? * et a te quid vólui super terram?


25. Defecit caro mea, et cor meum : * Deus cordis mei, et pars mea Deus in ætérnum.

26. Quia ecce, qui elóngant se a te, peribunt : * perdidísti omnes, qui fornicántur abs te.


27. Mihi autem adhærere Deo bonum est : * pónere in Dómino Deo *spem meam* :

28. Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas, * in portis filia Sion.

Anti-
phona




Co-gi- ta-vé-runt ímpi-i, et lo-cú-ti sunt nequí-



ti-am : in-iquí-tá-tem in excé-lo locú-ti sunt.

3 ant.
1 g


E




Xsúrge, Dómi-ne, * et iú-di-ca causam me-am.

Psalmus 73

U



T quid, De-us, repu- hísti in fi- nem : * i-rá-tus



est fu-ror tu-us super oves páscu-æ tu-æ?

2. Memor esto congregatiónis tuæ, * quam possedísti *ab initio*.

3. Redemísti virgam hereditátis tuæ : * mons Sion, in quo habitásti *in eo*.

4. Leva manus tuas in superbias eórum in finem : * quanta malignátus est inimícus *in sancto*!

5. Et gloriáti sunt qui odérunt te : * in médio solemnítatis tuæ.

6. Posuérunt signa sua, signa : * et non cognovérunt sicut in éxitu *super summum*.

7. Quasi in silva lignórum secúribus excidérunt iánuas eius **in idípsum** : * in secúri et áscia deiecérunt eam.

8. Incendérunt igni sanctuárium **tuum** : * in terra polluérunt tabernáculum nóminis **tui**.

9. Dixérunt in corde suo cognátio eórum **simul** : * Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei **a terra**.

10. Signa nostra non vídimus, iam non **est prophéta** : * et nos non **cognóscet ámplius**.

11. Usquequo, Deus, impropérabit **inimícus**? * irrítat adversárius nomen tuum **in finem**?

12. Ut quid avértis manum tuam, et **déxteram tuam**, * de médio sinu tuo **in finem**?

13. Deus autem rex noster **ante sáecula** : * operátus est salútem in médio **terræ**.

14. Tu confirmásti in virtúte **tua mare** : * contribulásti cápita **dracónum in aquis**.

15. Tu confregísti cápita **dracónis** : * dedísti eum escam **pópulis Æthiópum**.

16. Tu dirupísti fontes, **et torréntes** : * tu siccásti **flúvios Ethan**.

17. Tuus est dies, et **tua est nox** : * tu fabricátus es **auróram et solem**.

18. Tu fecísti omnes **términos terræ** : * æstátem et ver tu **plasmásti ea**.

19. Memor esto huius, inimícus impropérávit **Dómino** : * et **pópulus insípiens incitávit nomen tuum**.


20. Ne tradas béstiis ánimas **confiténtes tibi**, * et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris **in finem**.

21. Réspice in testaméntum **tuum** : * quia repléti sunt, qui obscuráti sunt terræ **dómbus iniquitátum**.

22. Ne avertátur húmilis **factus confúsus** : * pauper et inops laudábunt **nomen tuum**.

23. Exsúrge, Deus, iúdica causam tuam : † memor esto impropériórum tuórum, * eórum quæ ab insipiénte sunt **tota die**.


24. Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum : * **supérbia eórum, qui te odérunt, ascéndit semper**.



Exsúrge, Dómi-ne, et iú-di-ca causam me- am.




∇. De- us me- us, é-ri-pe me de manu pecca-tó- ris.



℞. Et de manu contra legem agéntis et in-í-qui.

Vel :



∇. De- us me- us, é-ri-pe me de manu pecca-tó- ris.



℞. Et de manu contra legem agéntis et in-í-qui.

Pater noster. *secreto.*

Ex tractátu sancti Augustíni episcopi super psalmos.

Lectio quarta

In ps. 54, ad 1 vers.

Exáudi, Deus, oratióem meam, et ne despéxeris deprecatióem meam : inténde mihi, et exáudi me. Satagéntis, solliciti, in tribulatióne pósiti, verba sunt ista. Orat multa pátiens, de malo liberári desíderans. Súperest ut videámus in quo malo sit : et cum dicere céperit, agnoscámus ibi nos esse : ut comunicáta tribulatióne, coniungámus oratióem. Contristátus sum, inquit, in exercitatióne mea, et conturbátus sum. Ubi contristátus? ubi conturbátus? In exercitatióne mea, inquit. Hómines malos, quos pátitur, commemorátus est : eamdémque passióem malórum

hóminum, exercitatióem suam dixit. Ne putétis gratis esse malos in hoc mundo, et nihil boni de illis ágere Deum. Omnis malus aut ideo vivit, ut corrigátur; aut ideo vivit, ut per illum bonus exerceátur.

Responsorium IV

viii

A

mí- cūs me- us * óscu- li me trá-di-

dit si- gno : Quem oscu- lá-tus fú- e- ro,

i pse est, te- né- te e- um : hoc ma- lum

fe- cit si- gnum, qui per óscu- lum ad-implévit


ho- mi- cí- di- um. * Infé- lix præ-termí-

sit pré-ti- um sángu- nis, et in fi- ne láque- o se

sus- pén- dit. V Bo- num e- rat e- i, si



na-tus non fu-isset ho-mo il-le. * Infé-




lix.

Lectio quinta

Utinam ergo qui nos modo exerceant, convertantur, et nobiscum exerceantur : tamen quamdiu ita sunt ut exerceant, non eos odérimus : quia in eo quod malus est quis eorum, utrum usque in finem perseveraturus sit, ignoramus. Et plerumque cum tibi vidéris odisse inimicum, fratrem odísti, et nescis. Diábolus, et ángeli eius in Scriptúris sanctis manifestáti sunt nobis, quod ad ignem ætérnum sint destináti. Ipsórum tantum desperánda est corréctio, contra quos habémus occúltam luctam : ad quam luctam nos armat Apóstolus, dicens : Non est nobis colluctatio advérsus carnem et sánguinem : id est, non advérsus hómines, quos vidétis, sed advérsus príncipes, et potestátes, et rectóres mundi, tenebrárum harum. Ne forte cum dixisset, mundi, intelligeres démones esse rectóres cæli et terræ, mundi dixit, tenebrárum harum : mundi dixit, amatórum mundi : mundi dixit, impiórum et iniquórum : mundi dixit, de quo dicit Evangélium : Et mundus eum non cognóvit.


Responsorium V



U-das * mercá-tor pés-simus óscu-lo pé-



ti-it Dó-mi-num : il-le ut a-gnus ínno-



cens non negá-vit Iu- dæ ó- scu- lum : * De-na- ri- ó-
 rum núme- ro Christum Iu-dæ- is trá-di-
 dit. ¶ Mé- li- us il-li e- rat, si na-tus non fu-
 is- set. * De-na- ri- ó- rum.

Lectio sexta


Quóniam vidi iniquitátem et contradiccionem in civitate. Atténde glóriam crucis ipsius. Iam in fronte regum crux illa fixa est, cui inimíci insultavérunt. Efféctus probávit virtútem : dómuit orbem non ferro, sed ligno. Lignum crucis contuméliis dignum visum est inimícis, et ante ipsum lignum stantes caput agitábant, et dicébant : Si Fílius Dei est, descéndat de cruce. Extendébat ille manus suas ad pópulum non credéntem, et contradicéntem. Si enim iustus est, qui ex fide vivit; iníquus est, qui non habet fidem. Quod ergo hic ait, iniquitátem : perfidiam intél- lige. Vidébat ergo Dóminus in civitate iniquitátem et contradiccionem, et extendébat manus suas ad pópulum non credéntem, et contradicéntem : et tamen et ipsos expéctans dicébat : Pater, ignósce illis, quia nésciunt quid fáciunt.

Responsorium VI



U VIII
 -nus* ex disci-pu-lis me- is tra-det me


Ad Matutinum in III nocturno 113




hó-di e : Væ il- li per quem tra-




dar e- go : * Mé-li- us il- li e- rat, si na-



tus non fu- ís- set. ∇. Qui intíngit me-cum




ma-num in par-ópsi- de, hic me tra-di-túrus est in ma-




nus pec-ca-tó- rum. * Mé-li- us. R̄. Unus.

IN III NOCTURNO

1 ant.
VII c




D I-xi in-í-quis : * No-lí-te loqui advérsus De- um




in- i-qui-tá- tem.

Psalmus 74



C On-fi-té-bimur t̄i- bi, De- us : * confi-té-bimur, et



invo-cá-bimus **no-** men **tu-** um. *Flexa* : ex hoc in hoc : †

2. Narrá-bimus mirabília **tua** : * cum accépero tempus, ego iustítias **iudicábo**.

3. Liquefácta est terra, et omnes qui hábitant in ea : * ego confirmávi **colúmnas eius**.

4. Dixi iníquis : Nolíte iníque **ágere** : * et delinquéntibus : Nolíte exaltáre **cornu** :

5. Nolíte extóllere in altum **cornu vestrum** : * nolíte loqui advérsus Deum iniquitátem.

6. Quia neque ab Oriénte, neque ab Occidénte, neque a desértis **móntibus** : * quóniam **Deus iudex** est.

7. Hunc humiliat, et **hunc exáltat** : * quia calix in manu Dómini vini meri **plenus misto**.

8. Et inclinávit ex hoc in hoc : † verúm tamen fæx eius non est **exinaníta** : * bibent omnes peccatóres **terræ**.


9. Ego autem annuntiábo in **sæculum** : * cantábo **Deo Iacob**.

10. Et ómnia córnua peccatórum **confríngam** : * et exaltabúntur **córnua iusti**.

Anti-
phona



Di-xi in-í-quis : No-li-te loqui advérsus De-um




in-iqui-tá-tem.

2 ant.
viii c

T



Erra trému-it * et qui-é- vit, dum exsúrge-ret



in iu-dí-ci-o De- us.

Psalmus 75

N O-tus in Iu-dæ-a De- us : * in Isra-ël magnum
 nomen e- ius.

2. Et factus est in pace locus eius : * et habitatio eius in Sion.

3. Ibi confrégit poténtias árcuum, * scutum, gládium, et bellum.

4. Illúminans tu mirábiliter a móntibus ætéris : * turbáti sunt omnes insipiéntes corde.

5. Dormiérunt somnum suum : * et nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus suis.

6. Ab increpatióne tua, Deus Iacob, * dormitavérunt qui ascenderunt equos.

7. Tu terríbilis es, et quis resíset tibi? * ex tunc ira tua.

8. De cælo audítum fecísti iudícium : * terra trémuit et quiévit.

9. Cum exsúrgeret in iudícium Deus : * ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

10. Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi : * et reliquæ cogitátionis diem festum agent tibi.


11. Vovéte, et réddite Dómino Deo vestro : * omnes, qui in circúitu eius afértis múnera.

12. Terríbili et ei qui aufert spíritum príncipum, * terríbili apud reges terræ.

Anti-
phona


Terra trému- it et qui- é- vit, dum exsúrge- ret

116 Feria quinta in Cena Domini



in iu-dí-ci-o De-us.

3 ant.
VII a




I N di-e * tri-bu-la-ti-ó-nis me-æ De-um ex-




qui-sí-vi má-ni-bus me- is.

Psalmus 76

V



O-ce me-a ad Dómi-num clamá- vi : * vo-ce me-a



ad De-um, et intén- dit **mi-** hi. *Flexa* : exqui-sí-vi, †

2. In die tribulationis meae Deum exquisivi, † manibus meis nocte **contra eum** : * et non **sum decéptus**.

3. Rénuít consolári ánima mea : † memor fui Dei, et delectátus sum, et **exercitátus sum** : * et defécit **spíritus meus**.

4. Anticipavérunt vigílias **óculi mei** * turbátus sum, et non **sum locútus**.

5. Cogitávi **dies antiquos** : * et annos ætérnos in **mente hábui**.

6. Et meditátus sum nocte cum **corde meo**, * et exercitábar, et scopébam **spíritum meum**.

7. Numquid in ætérnum profíciet **Deus** : * aut non appónet ut complacítior sit **adhuc**?

8. Aut in finem misericórdiam **suam abscíndet**, * a generatióne in generatióne?

9. Aut **obliscétur miseréri Deus?** * aut continébit in ira sua **misericórdias suas?**

10. Et **dixi** : Nunc **cœpi** : * hæc **mutátio dexteræ Excélsi.**

11. Memor fui **óperum Dómini** : * quia memor ero ab **iníto, mirábiliu tuórum.**

12. Et **meditábor in ómnibus opéribus tuis** : * et in **adinventió-nibus tuis exercébor.**

13. Deus in sancto **via tua** : † quis Deus magnus sicut **Deus noster?** * tu es Deus qui facis **mirábilia.**

14. Notam fecisti in **pópulis virtútem tuam** : * redemísti in **bráchio tuo pópulum tuum, filios Iacob, et Ioseph.**

15. **Vidérunt te aquæ, Deus, vidérunt te aquæ** : * et **timuérun, et turbátæ sunt abyssi.**

16. **Multitúdo sónitus aquárum** : * **vocem dedérunt nubes.**


17. Etenim **sagíttæ tuæ tránseunt** : * **vox tonítrui tui in rota.**

18. **Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ** : * **commóta est, et contrémuit terra.**

19. In mari **via tua, et sémitæ tuæ in aquis multis** : * et **vestigia tua non cognoscéntur.**

20. **Deduxisti sicut oves pópulum tuum,** * **in manu Móysi et Aaron.**


Anti-
phona



In di- e tri-bu- la-ti- ó-nis me- æ De- um ex-



qui-sí-vi má-ni-bus me- is.



∅. Exsúrge, Dómi-ne. R̄. Et iú-di-ca causam me- am.

Vel :

∇. Exsúrge, Dómi-ne. R̄. Et iú-di-ca causam me- am.

Pater noster. *secreto.*

De Epístola prima beáti Pauli apóstoli ad Corinthios.

Lectio septima

Cap. 11, 17-34

Hoc autem præcipio : non laudans quod non in mélius, sed in detérius convenitis. Primum quidem conveniéntibus vobis in ecclésiám, áudio scissúras esse inter vos, et ex parte credo. Nam opórtet et háereses esse, ut et qui probáti sunt, manifésti fiant in vobis. Conveniéntibus ergo vobis in unum, iam non est domínica cenam manducáre. Unusquisque enim suam cenam præsumit ad manducándum. Et álius quidem ésurit, álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et bibéndum? Aut ecclésiám Dei contémnitis, et confúnditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.


Responsorium VII

VII

E



ram*qua- si a- gnus inno- cens :



du- ctus sum ad im- mo- lán- dum, et ne- sci- é-



ham : consí- li- um fe- cé- runt in- í- mi- ci me- i ad-

vérsum me, di-céntes : * Ve-ní-te, mittámus lignum in pa-
 nem e- ius, et e-ra-dá- mus e- um de
 ter- ra vi- vénti- um. *V.* O- mnes in- imí- ci
 me- i advérsum me cogi- tábant ma- la mi- hi : ver- bum
 in- íquum mandavé- runt advérsum me, di- cén-
 tes. * Ve-ní-te.

Lectio octava

Ego enim accépi a Dómino quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Iesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit : « Accípite, et manducáte : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratiónem ». Simíliter et cálicem, postquam cenávit, dicens : « Hic calix novum testaméntum est in meo sánguine : hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem ». Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis : mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat.

Responsorium VIII

VII

U na ho- ra * non po- tu- í- stis

vi- gi- lá- re me- cum, qui exhorta- bá- mi-

ni mó-ri pro me? * Vel Iú- dam non vi- dé-

tis, quómo- do non dó- mit, sed festí- nat

trá- de- re me Iu- dá- is? ∇. Quid dormí- tis?

súr- gi- te, et o- rá- te, ne intré- tis in ten- ta-

ti- ó- nem. * Vel Iu- dam.

Lectio novissima

Itaque quicumque manducáverit panem hunc vel biberit cálicem Dómini indigne, reus erit córporis et sánguinis Dómini. Probet autem seípsum homo : et sic de pane illo edat et de cálice bibat.

Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicáremus, non útique iudicáremur. Dum iudicámur autem, a Dómino corripimur, ut non cum hoc mundo damnémur. Itaque, fratres mei, cum convenitis ad manducándum, invicem exspectáte. Si quis ésurit, domi mandúcet : ut non in iudicium conveniátis. Cétera autem, cum vénero, dispónam.

Responsorium IX

I
S E- ni- ó- res * pó- pu- li consí- li- um fe-
 cé- runt, * Ut Ie- sum do- lo te- né- rent, et oc- cí-
 de- rent : cum glá- di- is et fústi- bus ex- i- é- rúnt
 tamquam ad latró- nem. ∇. Collegé- runt pontí- fi- ces et
 pha- ri- sée- i concí- li- um. * Ut Ie- sum. R̄. Se- ni- ó- res.

Si Matutinum, hodie vel biduo sequenti, extra chorum a Laudibus separatur, subiungitur oratio Réspice, quæsumus, Dómine. vel Concède, quæsumus. ut in Laudibus. Laudes deinde absolute a prima antiphona incipiuntur.

AD LAUDES

1 antiphona VIII G

I




USTI-FICÉRIS, Dómi-ne, * in sermó-ni-bus tu- is,




et vincas cum iu-di-cá- ris.

Psalmus 50

M



I-se-ré-re me- i, De- us, * se-cúndum magnam



mi-se-ri-córdi- am tu- am.

2. Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

3. Amplius lava me ab iniquitáte mea : * et a peccáto meo munda me.

4. Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó : * et peccátum meum contra me est semper.

5. Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : * ut iustificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

6. Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

7. Ecce enim veritátem dilexisti : * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

8. Aspérges me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nivem *dealbábor*.

9. Audítui meo dabis gáudium et lætítiam : * et exsultábunt ossa *humiliáta*.

10. Avérte fáciem tuam a peccátiis **meis** : * et omnes iniquitátes *meas dele*.

11. Cor mundum crea in me, **Deus** : * et spírítum rectum ínnova in viscéribus **meis**.

12. Ne prócias me a fácie **tua** : * et spírítum sanctum tuum ne áuferas **a** me.

13. Redde mihi lætítiam salutáris **tui** : * et spírítu principáli *confírma* me.

14. Docébo iníquos vias **tuas** : * et ímpii ad te *converténtur*.

15. Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis **meæ** : * et exsultábit lingua mea iustítiam **tuam**.

16. Dómine, lábia mea **apéries** : * et os meum annuntiábit *laudem tuam*.

17. Quóniam si voluísset sacrificium, dedíssem **úti**que : * holo-cáustis non *delectáberis*.

18. Sacrificium Deo spírítus contribulátus : * cor contrítum, et humiliátum, Deus, *non despícies*.

19. Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua **Sion** : * ut ædificéntur muri *Ierúsalem*.

20. Tunc acceptábis sacrificium iustitiæ, oblatiónes, et holo-cáusta : * tunc impónent super altáre *tuum vítulos*.



Iusti- fi- cé- ris, Dómi- ne, in sermó- ni- bus tu- is,



et vincas cum iu- di- cá- ris.

2 ant.

II D

D




O-mi-nus * tamquam o-vis ad ví-ctimam ductus est,




et non a-pé-ru-it os su-um.

Psalmus 89



D

Omi-ne, re-fú-gi-um factus es **no-** bis, * a ge-ne-ra-ti-ó-ne in ge-ne-ra-ti-ónem. *Flexa* : tránse-at, †

2. Priúsqvam montes fierent, aut formarétur terra et orbis : * a sáculo et usque in sáculum tu es, **Deus**.

3. Ne avértas hóminem in humilitátem : * et dixísti : Converte míni, filii **hóminum**.

4. Quóniam mille anni ante óculos **tuos**, * tamquam dies hestérna quæ *præter*íit.

5. Et custódia in **nocte** : * quæ pro níhilo habéntur, eórum *anni* erunt.

6. Mane sicut herba tránseat, † mane flóreat, et tránseat : * vespere décidat, indúret et *aré*scat.

7. Quia defécimus in ira **tua**, * et in furóre tuo turbáti **sumus**.

8. Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu **tuo** : * sáculum nostrum in illuminatióne *vultus tui*.

9. Quóniam omnes dies nostri defecérunt : * et in ira tua *defécimus*.

10. Anni nostri sicut aránea meditabúntur : * dies annórum nostrórum in ipsis, septuagínta **ánni**.

11. Si autem in potentatibus, octoginta **anni** : * et ámplius eórum, labor *et* **dolor**.

12. Quóniam supervénit mansuetúdo : * et corripíemur.

13. Quis novit potestátem iræ **tuæ** : * et præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

14. Dóxteram tuam sic **notam** fac : * et erudítos corde in sapiéntia.

15. Convértere, Dómine, úsquequo : * et deprecábilis esto super servos **tuos**.

16. Repléti sumus mane misericórdia **tua** : * et exsultávimus, et delectáti sumus ómnibus diébus **nostris**.

17. Lætáti sumus pro diébus, quibus nos humiliásti : * annis, quibus vídimus **mala**.


18. Réspice in servos tuos, et in ópera **tua** : * et dírige filios eórum.

19. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dírige **super** nos : * et opus mánuum nostrárum **dírige**.

Anti-
phona




Dó-mi-nus tamquam o-vis ad ví-ctimam ductus est,




et non a-pé-ru-it os su-um.

3 ant.
VIII G



C Ontri-tum est * cor me-um in mé-di-o me- i,



contremu-é-runt ómni- a ossa me- a.

Psalmus 35

D

I-xit iniústus ut de- líquat in semet- í- pso : *

non est timor De- i ante ó- cu- los e- ius.

2. Quóniam dolóse egit in conspéctu eius : * ut inveniátur iniquitas eius ad ódium.

3. Verba oris eius iniquitas, et **dolus** : * nóluit intelligere ut bene ágeret.

4. Iniquitátem meditátus est in cubíli suo : † ástitit omni viæ non bonæ, * malítiam autem non odívit.

5. Dómine, in cælo misericórdia tua : * et véritas tua usque ad **nubes**.

6. Iustítia tua sicut montes **Dei** : * iudícia tua **abyssus multa**.

7. Hómines, et iuménta salvábis, **Dómine** : * quemádmódum multiplicásti misericórdiam tuam, **Deus**.

8. Filii autem **hóminum** * in tégmine alárum tuárum *sperábunt*.

9. Inebriabúntur ab ubertáte domus tuæ : * et torrénte volu- ptátis tuæ *potábis eos*.

10. Quóniam apud te est fons **vité** : * et in lúmine tuo *vidé- bimus lumen*.


11. Præténde misericórdiam tuam sciéntibus te, * et iustítiam tuam his, qui *recto sunt corde*.

12. Non véniat mihi pes **supérbiæ** : * et manus peccatóris non *móveat me*.

13. Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem : * expúlси sunt, nec *potuérunt stare*.

Anti-
phona

Contri- tum est cor me- um in mé- dí- o me- i,




contremu-é-runt ómni- a ossa me- a.

4 ant.

IVA *

E

Xhortá-tus es * in virtú-te tu- a, et in re-fe-




cti- ó- ne sancta tu- a, Dómi-ne.

Canticum Moysi

Exodi 15, 1-19

C

Antémus Dómi-no : glo-ri- ó-se e-nim magni-fi-cá-tus



est, * equum et ascensó-rem de- ié-cit in ma- re.



Flexa : pugná- tor, †

2. Fortitúdo mea, et laus *mea* Dóminus, * et factus est mihi in *salútem* :

3. Iste Deus meus, et glorificábo eum : * Deus patris mei, et exaltábo eum.

4. Dóminus quasi vir pugnátor, † Omnípotens *nomen* eius. * Currus Pharaónis et ejército eus *proiecit in mare*.

5. Elécti príncipes eius submérsi sunt in mari Rubro : † abýssi *operuérunt* eos, * descendérunt in *profúndum quasi lapis*.

128 Feria quinta in Cena Domini

6. D xtera tua, D mine, magnific ta est in fortitudine : † d xtera tua, D mine, percussit *inimicum*. * Et in multitudine gl ri  tu  deposuisti *adversarios tuos* :

7. Misisti iram tuam, qu  devoravit eos, *sicut stipulam*. * Et in spiritu furoris tui *congregat e sunt aqu e*.

8. Stetit *unda fluens*, * congregat e sunt abyssi in *m dio mari*.

9. Dixit inimicus : Persequar et *comprehendam*, * dividam spolia, impl bitur * nima mea*.

10. Evaginabo *gladium meum*, * interficiet eos *manus mea* :

11. Flavit spiritus tuus, et operuit eos *mare* : * submersi sunt quasi plumbum in *aquis vehementibus*.

12. Quis similis tui in fortibus, D mine? † quis similis tui, magnificus in *sanctitate*, * terribilis atque laudabilis, *faciens mirabilia*?

13. Extendisti manum tuam, et devoravit eos *terra*. * Dux fuisti in misericordia tua p pulo *quem redemisti*.

14. Et portasti eum in fortitudine *tua*, * ad habitaculum *sanctum tuum*.

15. Ascenderunt p puli, *et irati* sunt : * dolores obtinuerunt habitatores *Philistiim*.

16. Tunc conturbati sunt principes *Edom*, † robustos Moab obtinuit *tremor* : * obriguerunt omnes habitatores *Chanaan*.

17. Irruat super eos formido *et pavor*, * in magnitudine *brachii tui* :


18. Fiant immobiles quasi lapis, † donec pertranseat p pulus *tuus*, D mine : * donec pertranseat p pulus tuus iste, *quem possedisti*.

19. Introduces eos, et plantabis in monte *hereditatis tu *, * firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es, D mine :

20. Sanctuarium tuum, D mine, quod firmaverunt *manus tu *. * Dominus regnabit in * ternum et ultra*.

21. Ingressus est enim eques Ph rao cum curribus et equitibus *eius in mare* : * et reduxit super eos Dominus *aquas maris* :

22. Filii autem Isra l ambulaverunt *per siccum* * in *m dio eius*.

Anti-
phona

Exhortá-tus es in virtú-te tu- a, et in re-fe-




cti- ó- ne sancta tu- a, Dómi- ne.

5 ant.

II D

O





B- lá- tus est, * qui- a ipse vó- lu- it, et pec-



cá- ta nostra i- pse portá- vit.

Psalmus 146

L

Audá- te Dómi- num quó- ni- am bonus est **psalmus** : *De- o nostro sit iu- cúnda de- co- ráque **laudá- ti- o**.

2. Ædificans Ierúsalem **Dóminus** : * dispersiónes Israélis **congregábit**.

3. Qui sanat contrítos **corde** : * et álligat contritiónes **eórum**.

4. Qui númerat multitudinem **stellárum** : * et ómnibus eis **nómina vocat**.

130 Feria quinta in Cena Domini

5. Magnus Dóminus noster, et magna virtus eius : * et sapiéntiæ eius non *est* **nú**merus.

6. Suscipiens mansuétos **D**óminus : * humilians autem peccatóres usque *ad* **ter**ram.

7. Præcínite Dómino in confessióne : * psállite Deo nostro *in* **cí**thara.

8. Qui óperit cælum **nú**bibus : * et parat *ter*ræ **plú**viam.


9. Qui producít in móntibus **f**énium : * et herbam servitúti **h**óminum.

10. Qui dat iumentis escam ipsórum : * et pullis corvórum invocántibus eum.

11. Non in fortitúdine equi voluntátem habébit : * nec in tibiis viri beneplácitum *erit* ei.

12. Beneplácitum est Dómino super timéntes eum : * et in eis, qui sperant super misericórdia eius.

Anti-
phona




Oblatus est, qui a ipse voluit, et pec-




cata nostra ipse portavit.


Capitulum et hymnus non dicuntur in hoc triduo.



V. Homo pacis meæ, in quo speravi.




R. Qui edebat panes meos, ampliavit adversum me sup-
planta-ti-ónem.

Vel :

¶. Homo pa-cis me-æ, in quo spe-rá-vi.




¶. Qui edé-bat panes me- os, ampli- ávit advérsus me sup-





planta-ti- ó-nem.


Ad Benedictus, Antiphonæ 1 g


Feria V

Quem oscu-lá-tus fú- e- ro, ipse est, te- né- te e- um.


Feria VI


sí- us scriptam : Ie- sus Na-za-ré- nus, Rex Iudæ- ó- rum


*Sabbato***M**

 Û- lí- e- res * sedéntes ad monuméntum lamen-



 ta- bántur, flentes Dómi-num.


Canticum Zachariæ


*Lucæ 1, 68-79***B**

 Ene-díctus Dómi-nus, De- us Isra- òl, * qui- a vi-si-


 távit, et fe-cit redempti- ónem ple-bis su-æ :


 2. Et e-réxit cornu sa- lú-tis no-bis : in domo David, pú- e-



 ri su- i.


 3. Sic-ut lo-cútus est per os sanctó- rum, * qui a sæcu-lo sunt,


 prophe-tá-rum e-ius :



4. Sa-lú-tem ex in-i- mí- cis nostris, * et de manu ómni- um



qui o-dé-runt nos :




5. Ad fa-ci- éndam mi-se-ri-córdi- am⁽¹⁾ cum pá-tri-bus nostris : *




et memo-rá-ri testamé-nti su- i sancti.




6. Iusiurándum, quod iu-rávit ad Abra-ham, patrem nostrum, *




da-tú-rum se no-bis :




7. Ut si-ne timó-re, de manu in-imi-có-rum nostró-rum li-be-




rá-ti, * servi- ámus il-li.



8. In sancti- tá-te, et iustí- ti- a co-ram ipso, * ómnibus




(1) *vel* : cum pá-tribus nostris : *



di-ébus nostris.



9. Et tu, pu-er, prophé-ta Altíssi-mi vo-cábe-ris: * præ-í-bis




e-nim ante fá-ci-em Dómi-ni pa-rá-re vi-as e-ius :



10. Ad dandam sci-énti-am sa-lú-tis ple-bi e-ius : * in re-




missi-ónem pecca-tó-rum e-órum :




11. Per vísce-ra mi-se-ri-córdi-æ De-i nostri : * in quibus




vi-si-távit nos, ó-ri-ens ex alto :




12. Illumi-ná-re his, qui in té-nebris, et in umbra mortis




se-dent : * ad di-ri-géndo-s pedes nostros in vi-am pa-cis.

Feria V

Trá-di-tor au-tem de-dit e- is signum, di- cens : Quem




oscu-lá-tus fú-e-ro, ipse est, tené-te e- um.

Feria VI

Po-su- é-runt super ca-put e- ius causam ip-



sí- us scriptam : Ie- sus Na- za- ré- nus, Rex Iudæ- ó- rum.

Sabbato

Mu- lí- e- res sedéntes ad mo- numén- tum lamen-




ta- bántur, flentes Dómi- num.


Dum dicitur canticum Benedictus. extinctis prius omnibus candelis in candelabro triangulari, præter unam, quæ accensa remanet in summitate candelabri, extinguuntur paulatim sex candelæ positæ super altare, ita ut ad ultimum versum cantici extinguatur ultima candela.

Similiter extinguuntur luminaria et lampades per ecclesiam.

Repetita antiphona post Benedictus. dicitur flexis genibus :


Antiphona v

C  Hri-stus * factus est pro no- bis ob-é-




di- ens us-que ad mor- tem,

Feria VI additur :



Mor- tem au- tem cru- cis.

Sabbato sancto additur :




Propter quod et De- us exaltá-vit illum,



et de- dit il- li no- men,



quod est super o- mne no- men.



Et, ea finita, additur Pater noster totum sub silentio ; postea, clara voce, sine Orémus subiungitur in tono simplici :

aliquantulum altius

Psalmus 50 [6]

Miserére mei, Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Ámplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim, in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim, veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Auditui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne prócias me a fácie tua: * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * et spírítu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis meæ: * et exsultábit lingua mea iustítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit
laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedíssem útique: *
holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum, et
humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: * ut
ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium iustítiæ, oblatiónes, et
holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Feria V et VI

Réspice, quæsumus, Dómine, super hanc famíliam tuam, † pro qua Dóminus noster Iesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, * et crucis subíre torméntum. *Et sub silentio concluditur* : Qui tecum vivit.

Sabbato sancto

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus : † ut qui Fílii tui resurrectionem devóta expectatióne prævenimus ; * eiúsdem resurrectionis glóriam consequámur. *Et sub silentio concluditur* : Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum.

Deinde omnes surgunt et cum silentio discedunt.

AD HORAS MINORES

Omnia ut infra, 243.
